



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CLXI. Bischof Nicolaus von Verden bestätigt dem heil. Geistkloster zu Salzwedel die Schenkung der Herzogin Agnes, betreffend das Patronat der Katharinenkirche und des Matäi - Altares, am 18. November ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CLX. Der Rath der Altstadt Salzwedel verkauft an den Bürger Heinric Molitz den Judenhof mit Ausnahme der Judenschule, am 1. Dezember 1357.

Nos Gerhardus Ghent, Johannes Witko, Johannes Harteuig, Thyde Turiz, Heyne Mechau, Heyne Molner, Magister Thydericus Godescalci, Heyne Wyting, Coppe Brunou, Ghyse Thuriz, Make Hurlejan et Heyne Vrydagh, consules veteris ciuitatis Soltwedel, presentibus recognoscimus lucide protestantes, quod vendidimus rite et racionabiliter ac vendimus per presentes Hennekyno Moliz, nostro conciu, curiam iudeorum, quemadmodum ipsam habuimus et possedimus vsque in diem hodiernum, excepta scola Judeorum cum attinentiis suis. In cuius testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>. feria sexta post festum beati Andree apostoli gloriosi.

Gercken's Dipl. I, 333.

CLXI. Bischof Nicolaus von Verden bestätigt dem heil. Geistkloster zu Salzwedel die Schenkung der Herzogin Agnes, betreffend das Patronat der Katharinenkirche und des Matthäi-Altars, am 18. November 1323.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Universis Christi fidelibus, tam presentis quam futuri temporis hominibus Nicolaus, Dei gracia Verdenfis ecclesie episcopus, perpetuam in vero salutari salutem. Quecunque ad commodum et incrementa ecclesiarum, quibus auctore Deo paterne sollicitudinis patrocinium impendere tenemur, nostris aguntur temporibus, scripture vivacitati necessarium duximus commendare, quia res racionabiliter factas et legitime calumpniosa nonnunquam solet oblivio implicare. Igitur caritati omnium fidelium tam presentium quam futurorum volumus esse notum, quod magnifica princeps, Domina Agneta, Ducissa Brunsvicensis, fervore dilectionis divine, quam ad monasterium sancti spiritus canonicorum regularium extra muros Soltwedele habere dinoscitur, accedente omnium quorum intererat collaudatione, de nostro beneplacito et consensu, jus patronatus ecclesie sancte Katherine et altaris beati Matthei in eadem siti nove civitatis Soltwedele cum omnibus pertinentiis et iuribus universis ad sustentationem eorundem canonicorum pro remedio sue anime, sui conthoralis, quondam incliti principis, Domini Wolde mari pie memorie, marchionis de Brandenborch, et suorum progenitorum donavit manu benefica, in perpetuum irrevocabiliter possidendum. Cujus donationem tanquam piam et racionabilem a nobis approbatam auctoritate, qua fungimur, presentis scripti testimonio confirmamus et decernendo instituimus, quod cedente vel decedente domino Conrado honorabili viro, nunc dicte ecclesie et altaris memorati Rectore eandem ecclesiam cum altari prefato ad memoratum monasterium cum omnibus iuribus, pertinentiis et servitutibus suis quoad spiritualia et temporalia, quoad institutionem et destitutionem, debeant salvis iuribus prepositi de Soltwedele pleno jure perpetuo pertinere, liceatque eis, preposito videlicet et canonicis sepe fatis, per suos fratres eandem ecclesiam et altare supra dictum officiare, gubernare seu regere, prout sibi visum fuerit expedire. Nulli ergo omnino

homini liceat, memorate domine Agnetis donationem et nostram confirmationem seu ordinationem infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et nostram maledictionem se noverit incursum. Ad evidentiam itaque omnium prelibatorum et certitudinem sigilli nostri appensione presentem literam mandavimus communiri. Datum Anno domini MCCCXXIII. octava sancti Martini Episcopi gloriosi.

Nach Lenz Br. Urk. S. 939.

CLXII. Der Rath der Altstadt Salzwedel überläßt an Dieterich Freitag einen Platz vor der Cingel, am 12. März 1359.

Nos Heyno stezeke, Nycolaus godfcalc, Heyno mecho, Arnoldus kletzeke, Thydericus turitz, hoyger de dyltorp, Ghodfcalcus hermanni, Voltze Hartwici, heyno kalue, Conradus brewitz, heyno Wepelte et Nycolaus karstede, Consules veteris ciuitatis saltwedel presentibus recognoscimus euidenter Protestantes, quod maturo consilio nostrorum seniorum prehabito, vendidimus discreto viro thiderico dicto Vrydach aream sitam ante cingulam ad sinistram manum, quando jtur in nouam ciuitatem, pro viginti marcis brandenburgensis argenti nobis per ipsum perfolutis et ja dicte nostre ciuitatis vsu conuersis, Taliter quod ciuitas modo memorata vndique a muro eiusdem nostre ciuitatis mensurandum spacium viginti quatuor pedum optinebit, Hujuscemodi vero conditionibus annexis, quod idem Thydericus vridach de eadem area singulis annis exactiones dicte nostre dare debeat ciuitati, quousque eam edificauerit, tunc de eadem area et de structura secundum dominorum consulum constitutionem idem thydericus aut sui veri heredes exactionem quolibet anno eidem nostre ciuitati donare tenebitur seu tenebuntur. Si autem ipsa domus predicta in posterum in alterius perueniret manum, quod deus auertat, Tunc ejusdem domus emptor, prout eam emeret, taliter exactionem sepe dicte nostre ciuitati perfoluere et dare tenetur annuatim de eadem. In cuius testimonialem euidentiam sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>., ipso die beati Gregorii pape.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives III, 19.

CLXIII. Segeband und Johann von Wittorp verkaufen Gebungen aus Klein Neuendorf der Gewandschneidergilde für den Altar Johannis des Läufers in der Marienkirche zu Salzwedel, am 18. Dezember 1359.

Wy Zegheband vnde Johan, Bruder, gheheten van Wyttopp, Knapen, bekennen vnd betügen, dat wy mit ghanfer Vulbord Otten van Wyttopp, vnser Bruders, hebben verlaten vnd verlaten in diesem jegenwertigen Breve alle dat, dat wy hebben gehat wente an desser tyd an tynze, an ghulde, an Voghedie, an Rychte, vnd woranne wy dat gehad hebben in dem Dörpe to lütteken Nyendorp, dat lyd by dem Huse to Wertbeke, to sünste Johannis Altar, de vnser